& iam de qua et habes & rl ;· Verumtamen huius mensurae alta
ris rationem insinuare numeri haec & enim · xx · cubitos longi
tudinis & totidem cubitos latitudinis · & x cubitos altitu
dinis ;· De quo quidem numero supra in expositione templi
& uestibuli eius diximus ;· sed & nunc dicendum breuiter ;
Quia si altare holocausti illorum in ecclesia typum tenet ·
Qui suum corpus & animam deo consecrare per ignem amoris
illius quaerunt perseuerantia eorum in bona operatione
per longitudinem altaris · Amplitudo in caritate dei &
proximi · per latitudinem spes in expectatione diuinae
uisionis per altitudinem figuratur ;· Quia autem longitudo
& latitudo altaris uicenorum erat cubitorum ;· Magnam
utique quae perfectionem designat eius indefessa longa
nimitate ac sincere dilectionis quae per utriusque
testamenti nobis obseruantia tribuitur ;· Quaterni
quinini uicenarium numerum complent ;· Quinque autem
libri mosaicae legis iiii euangelicae libertatis · Cum ad
intellegendum et quoque custodiam legis spiritaliter inlus
trante euangelii gratia peruenimus · Uicenarium pro
fecto numero perficimur ;· Siquidem numerus uicenarius
uicenarius in longitudine & latitudine altaris ;· Cum
corda electorum doctrina utriusque & testamenti · & ad
iuuante ipso uno utriusque testamenti cultore · & perse
uerantia boni operis · & iam in persecutionibus seruent
& hilaritatem · dilectionis & in eos qui persecuntur
exhibent ;· Denario autem numero spes caelestium praemiorum